



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum Vltimvm. Cùm ad nostram.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

Cùm ad nostram.

PARAPHRASIS.

Quidam electus est in Abbatem, qui interdem Ecclesia prius custos erat; hoc autem inquit Innoc. III. quòd idem Abbas custodiam obtinere non possit, cum emendatione Abbatiae, tam custodiam, quam aliarum dignitatum, & prabendarum donatio, siue collatio ad ipsum pertinet, non potest eam à se ipso recipere, cum inter dantem, & recipientem personarum distinctio esse debeat; sed neque ab alio accipere potest, cum alij jus conferendi non habeant.

SUMMARIUM.

1. *Amitit priorem dignitatem, qui habens eam, aliam dignitatem consecutus fuit.*
2. *Et quamvis priorem v. g. dignitatem alij conferre possit, qui novam acquisit, si tamen dignitati huic ius conferendi aliquid annexum sit, non potest id sibi conferre.*


Notandum primò. Hoc ipso, quòd personatum, aut dignitatem habens aliam consecutus est, vacat prior dignitas, ita ut conferri debeat, & quidem ab ipso promotò, si jus conferendi annexum est dignitati, cujus possessionem assecutus est.

Notandum secundò. Prælati prædicti potestate conferendi beneficia, non potest conferre sibi ipsi, quia inter dantem & recipientem debet esse distinctio personarum; quare sicuti nemo ligat, aut solvit seipsum, imò nec per se, ac directè dispensat aliquis secum ipse, sic nec præbendam, aut dignitatem Ecclesiasticam sibi ipsi aliquis conferre potest. Quare sicuti nec seipsum quam eligere potest, *C. in scripturis 9. causa 8. q. 1.* Ita nemo, quamvis Clericus, atque idoneus sit, se ipsum præsentare. *C. per litteras 26. de jure Patronatus, & generalis loquendo, nemo in proprio facto auctori-*

test, quòd Archidiaconus Cleri totius caput sit, licet absolutè pendens, & subordinatum Archiepiscopo, tamen in casu nostri Capituli exemptum, & non subiectum fuisse Archiepiscopo, quatenus potestas instituendi, & custodiæ ad ipsum, cum libertate, ac propriè spectare dicebatur, juxta ea, quæ docui in *c. irrefragibili 13. de officio ordinarij.* Adde, *Abb. hic n. 9.* generaliore doctrinam tradere, quòd non tantum Episcopus agere possit pro juribus dignitatum sibi subiectarum, si habentes dignitatem non possint, aut negligant; sed etiam ipsa Ecclesia, seu Capitulum ejus Collegij, cui dignitates incorporate sunt, quia interest, ut membra ejus in integritate conserventur.

Ad secundum. Dicendum videtur, licet ipsemet Archidiaconus nomine Ecclesie, seu Capituli opponere se potuisset, si Archiepiscopus jus instituendi, tanquam proprium, & non tanquam ex Archidiaconi personali cessione facta cum juramento vendicare voluisset, tamen propter juramentum Archidiaconi securius fore, ut ipsum Capitulum actionem moveat, *argum. cit. c. 2. de jurejurando.* & tradit *Innoc. hic n. 2.* patetque, quòd Ecclesia post mortem, vel cessionem Archidiaconi jus institutionis absolutè revocare potuerit, prout hic notavit, & fusius explicavit *Andreas n. 10.*

7 Notandum septimum. Superior non tantum ad instantiam rectorum inferiorum, sed etiam proprio motu, & ex officio Ecclesijs læsis subvenire, res malè alienatas, aut iniquè ab altero possessas, seu detentas repetere, vel in integrum restitutionem tribuere potest. Ita hic textus, & notavit *Abb. n. 9. & egregiè Bart. in L. 4. §. hoc autem judicium n. 2. ff. de damno infecto,* quòd judex, parte non præsentate, officium suum impertiri possit, si vertatur utilitas publica, aut causa pia, vel personæ miserabilis, aut derelictæ.



uocem præstare potest. *Clement. 2. de rebus
Ecclesiæ non alienandis.*

Adverte autem, quod in textu dicitur,
Prælatum, cui jus conferendi competit, non
posse beneficium accipere ab alio, id intel-
ligendum esse de omni alio, qui proprio
jure conferre non potest; nam si potestatem
conferendi prælatus alteri deleet, delega-
tus conferet jure, & auctoritate delegantis,
& idem deleganti conferre non potest,
ne eadem persona in proprio facto aucto-
ritatem sibi præstet, sed à Papa, vel Legato
à latere, qui in beneficijs conferendis com-
muni jure concurrunt, eaque proprio jure
conferunt, beneficium accipere poterit in-
ferior collator, prout hic *Abbas notat in
hoc cap.* Ubi etiam rectè respondet ad ob-
jectionem de Pontifice, qui confessario suo
dat jurisdictionem exercendam erga ipsum
Pontificem, quod in isto casu in absolven-
do non sit merus commissarius Papæ, sed
potius delegatus, & Vicarius Dei, à quo
talis absolvendi potestas per Sacerdotalem
ordinationem data est, ita, ut aliud non
requiratur ad absolvendum, nisi persona
subdita. Pontifex igitur voluntariè se
subjiciens Sacerdoti complet, ac veluti
actu radicalem potestatem ejus, quam in
ordinatione accepit.

CAPITULUM I.

eodem Titulo in sexto.

Eccles.

PARAPHRASIS.

Capitulum Sede vacante conferre non po-
test beneficia, quæ ad Episcopi collatio-
nem spectant; at verò præsentatos à Pa-
tronis, si idonei sint, admittere, atque
instituire potest, tamen si talis admissio,
& institutio ad Episcopum pertineret, si
is in vivis esset.

SUMMARIUM.

1. In collatione beneficiorum non succedit
Capitulum, Sede vacante, si collatio

talis ad Episcopum pertineat, succe-
dit tamen in potestate admittendi, &
constituendi presentatos, & confir-
mandi electos &c. si hæc talia sint juris-
dictionis Episcopalis.

2. Ita tamen, ut aliqui distinguant inter
admissionem, & institutionem.

NOTANDUM primum. Capitulum, va-
cante Sede, licet non succedat in pote-
state conferendi beneficia, quorum collatio
ad Episcopum pertinet, succedit tamen in
potestate presentatos admittendi & insti-
tuendi. Consentit *c. 2. ne Sede vacante &c.*
Ratio discriminis est, quia collatio benefi-
cij est gratia, & donatio quædam. *c. ult. de
officio vicarij in 6.* At verò confirmatio præ-
sentati, si idoneus reperitur, est necessita-
tis, & debiti cujusdam. Capitulum autem
vacante Sede, succedit in ijs, quæ rati-
one Episcopalis officij expedienda sunt,
sive in jurisdictione, & administratione
Episcopali *c. his qui 11. de majoritate. c.
cum olim 14. eodem tit.* Præterquam quod
donare, & fructus distrahere non possit *c. si
quæ de rebus 42. causa 12. q. 2.* Et ita tradit
Gl. communiter recepta v. non possit. & vi-
deri potest *Garz. p. 5. c. 7. n. 50.* & quæ
docui in *disp. de jurisdictione ordinariâ q.
85. de sequentibus.*

Coroll. primum. Per præsentationem
præsentato jus ad rem acquiritur, si ido-
neus sit. Ita *Joann. And. & Francus hic n.
2* quandoquidem institutio in beneficio ipsi
de jure debita est, ita, ut absque injuriâ,
seu violatione juris negari non possit.

Coroll. secundum. Capitulum, vacante
Sede, confirmationem electis dare potest.
Ita habetur expressè *in cit. c. cum olim de
majoritate.* Cum enim electus plus juris
habeat, quàm præsentatus, prout dixi *in c.
3. extra hoc tit.* idem confirmatio ejus magis
debita, & necessaria est, quàm præsen-
tati institutio.

Coroll. tertium. Capitulum, vacante
Sede, non potest eligere aut præsentare, si
talis actus ad Episcopum propriè spectet. Ita
ex communiore *Garz. p. 5. c. 7. n. 52. com-
muniore*

A a z

222